



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-821474-p0001-0

DFG



*Bra. 22. num. 21.*

*1754, 5.*

*11*

*26*  
**IO. ANDR. HOFFMANNI D.**

P. P. O. ET FACULT. IVRID. ASSESSOR.

**PROGRAMMA**

**DE**

**PROCVRATORIBVS EX  
OFFICIO CONSTITVENDIS**

**QVO**

**GENEROSISSIMI ATQVE NOBILISSIMI  
ACADEMIAE CIVES**

**AD**

**LECTIONES AESTIVAS  
TAM PVBLICAS QVAM PRIVATAS  
INVITANTVR.**



**MARBVRGI CATTORVM**

**TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI**

**ciclocccliiii.**



JO. ANDR. HOFFMANNI

LI. O. ET LACATI. IACET. VERSOR.

P. RÖGERIANUM

DE

PROCARATORIAS E

OTICIA CONSTITUENDIS

674

CONVENTUS ALIAS MOSTITUS


ACADEMIE CIES

AL

LECTURES AESTIVAS

TAM BARICAS QAM PRIVATAS

FAMILIANTIA



MARCKE CATTORUM

JULIE PHILIPPI CSMRI MELLER

CLOPPENBURG





§. I.

Officium iudicis quemadmodum latissime patet, ita iudex eo tendere debet, ut non solum imploratus, sed etiam voluntario instinctu id faciat, quod auctoritatem, integritatem et tranquillitatem publicam concernit, quodque exploratum habet, legibus (a) atque iuri publico conuenire. Bonum enim iudicem ita omnia iudicare oportet, ut lex ipsa, si loqui possit, iudicaret, atque ita lex et iudex inter se conspirare debent, ut lex quasi anima iudicis, iudex quasi vox legis, seu lex loquens sit. Quemadmodum autem lex constituit, ut suum cuique tribuatur, aequabilitas iuris inter omnes conseruetur, vis coeretur, tenuiores a potentiorum iniuriis defendantur; ita iudex custos atque executor illius esse tenetur. Hanc ob causam fraudibus, malitia, desidiae, dilationi, ambagibusque tam litigantium, quam aduocatorum, pro-

A 2

cura-

(a) Iudex igitur legis sententiam prosequi, minime vero contra legem, seu vti dicitur, de facto procedere debet; nam hoc casu spoliatori, violento inuasori, iniustoque iudici acquiparandus est. vid. diss. HENR. THEOPH. EYLENSTEINII de iudicibus atque aduocatis, nec non causis eos remouendi ab officio et foro. §. V. seqq. meis auspiciis lenae 1752 habita.



curatorum et aliorum obuiam ire, eorum malos conatus  
reprimere, litesque dirimere (*b*), ne euadant perpetuae,  
nec litigia ex litigiis fiant, atque crescant, ideoque iusiu-  
randum malitiae ex officio exigere (*c*), aduocatos et pro-  
curatores calumniantes atque indignos reiicere et punire  
(*d*), nec non illa remouere potest et debet, quae iustiti-  
ae administrationi moram adferunt, illamue impedit  
queunt. Omnia praeterea facere atque supplere potest,  
quae modo ordinem iudiciarium eiusque integritatem  
concernunt, atque sine nullitate omitti nequeunt, quam-  
uis vel maxime ab altera parte defectus haud oppositus  
fuerit; modo quae ad veritatem explorandam et iusti-  
tiam administrandam proficiunt, nisi vbi singulatim  
partium implorationem causae requirunt, sive eius, cu-  
ius intereat. Quaedam igitur ex officio reiicit, quae-  
dam supplet, saepius ex officio procedit (*e*), quamvis a-  
ctor vel accusator desit (*f*). Deinde illi facultas com-

petit

(*b*) L. vn. Cod. ut quae def. aduoc. part. iud. supp. L. 19.  
§. 1. de officio praef. L. 1. pr. si quis ius dic. L. 21. pr. de  
rebus cred. REFORM. POL. de A. 1548 tit. 33. de A. 1577 tit.  
33. R. I. de A. 1654 §. 34. VVLTU Confil. Vol. I. conf. 22.  
n. 108.

(*c*) L. 2. §. 4. C. de iureiur. propt. column. R. I. de A.  
1654 §. 43.

(*d*) MEV. P. I. dec. 155. ORD. PROC. ISENAC. tit. II. §. I.  
in fin. et §. 3. §. 16.

(*e*) B. BOEHMER diff. de iud. ex offic. proced.

(*f*) In causis fisci et publicis nec non criminalibus accu-  
satore deficiente ad inquisitionem delictorum eorumque  
poenam index ex officio procedere debet. CARPOV pract.  
crim. P. III. qu. 103. n. 53. c. C. HASS. PHILIPPI M. art. VI.  
ne crima maneant impunita. Conficit igitur articulos,  
ad

perit sub ingressu cūiusdam litis perspiciendi, num actio iure nitatur, nec non apta, licita, honesta, proficia et reipublicae et parti, vel tanquam friuola, minimi pretii et momenti, inanis, incompetens, iniuriosa, reipublicae aduersa, inepta, periculum, molestiamque adferens reiencia et in herba supprimenda sit. Perpendendum eidem est, num lis non alia via, v. gr. per amicam compositionem, vel commissarios, etiam ex officio constituendos, tam ab initio, quam in progressu litis, si ratio litigii id postulet (g), vel per superioris decretum, vel transactionem etiam proprio motu propositam (h), praecidi queat. Nec minus ad iudicis officium pertinet, praecauere, ne partes ad arma veniant, eamque ob causam cautionem de non offendendo exigere atque impunere (i), nec non sequestrum, si necessitas consilium subiicit, constituere potest (k). Porro eidem contem-

A 3 plan-  
ad quos inquisitus respondere debet, testes probationis causa examinat, eorumque cum inquisito confrontatio-  
nem initituit, quin imo inquisiti defensionem ex officio instruit.

(g) R. I. de A. 1654 §. 110. STRYCK de *claus. commiss.* n. 47. RVLAND de *commis.* P. I. L. II. c. 28. MEV. P. II. dec. 123. de LYNCKER de *grav. extrai.* p. 440. n. 8. STRYCK V. M. tit. d. *tutel. et rat. distractab.* §. 9.

(h) Iudicem quandoque partes ex officio ad transactionem adigere posse, probant magni nominis jurisconsulti. PVFFENDORFF *introd. in proc. ciu.* P. II. c. 2. §. 18. ill. 1. c. HEIMBURG diss. egregia de *transactione iudicali iu- uita.* §. 19. seqq. v. C. DREYER d. de *tentam. concord.* §. XI.

(i) B. ZAVNSCHLIFFER de *offic. iud. supplet.* P. II. concl. 2. §. 2. de WERNHER T. I. p. V. obs. 9. p. 991.

(k) L. 13. §. 3. D. de *vsufr.* L. *vnic. cod.* de *sequestr.* prob. MEV. P. II. dec. 239. n. 7.

6

plandum est, num personae litigantes facultatem standi in iudicio habeant, nec ne, hancque ob causam a limine eius vel penitus, vel sub certo respectu arcendae sint, v.g. si tutelae, curaeue subiecti absque tutoris vel curatoris praesentia iudicio adesse velint; hoc casu non admittendi erunt, sed illis iniungi potest, ut curatores adhibeant, et si illis careant, iudex illos constituere potest (*l*). Eodem modo rationem habet prodigorum aliorumque, quibus curatores ex officio dare potest (*m*). Quodsi vero concursus creditorum oriatur, iudex ad ea omnia animum intendere debet, quae ad eum amputandum, nec non finiendum spectant, eandemque ob causam tribuitur illi facultas curatorem bonorum et constituendi (*n*), et de illa constitutione ex officio desistendi (*o*). Addo etiam illud, quod iudici prouidendum sit, ne nullitas committatur, nec iudicium vanum atque elusorium euadat; quamobrem ab iis, qui iudiciis pro aliis

(*l*) Huc spectare videntur ea, quae IN ORD. COMMVN. CVR. PROV. MARBURG. de A. 1510CCXXVI. tit. VI. §. 7. constituta fuerunt. ORD. PROC. ISENAC. tit. II. §. 11. COLER. dec. 67. n. 17. BERLICH part. I. Concl. 15. n. 3. ZANGER de except. P. II. c. 8. n. 10.

(*m*) cap. vlt. de iud. in 6to L. 25. D. de tut. et curat. dand. ORD. POLIT. de A. 1548 tit. von Pupillen cet. de A. 1577 tit. 32. ORD. CVR. PROV. BIPONT. tit. XII. ORD. IVD. HAMBVRG. P. I. tit. 9. §. 5.

(*n*) Creditores curatorem bonorum, excluso ac inuito debitore, petere possunt. L. 2. pr. D. de curat. bon. dand. quod si vero hoc legitimate non fiat, index illum ex officio denominare potest. B. BOEHMER. T. III. P. III. dec. 698. n. 2. AVG. HENR. HERTEL diff. de diff. curat. lit. et bon. §. 8. seqq. STATUTA SANGERHVSANA C. X. XVII.

(*o*) BOEHMER d. de iud. ex officio proced.



aliis adesse cupiunt, nec iure prohibentur, ut legitime compareant, postulare potest, alias eos, vel ad alterius postulationem, vel proprio instinctu reiicere debet (p), et si quidam pro aliis iudicio adsint, in quibus iura mandatum praesumunt, et causae sunt, quae speciale mandatum non requirunt (q), prout etiam ab illis, qui expresso mandato, aut sufficiente instructi non sunt, ad minimum cautionem rati exigere potest (r). Deinceps eius officii est, eo curare, ne quis in iudicio indefensus sit (s), potius eiusmodi personae tam aduocati quam procuratores ex potestate, qua pollet, constituendi sunt. De his igitur quatenus et quibus dari queant, pauca commentatur sumus. Latissimus quidem campus de officio iudicis dicendi sepe ostendit, sed otium fecerunt B. BOHMERVS (t), ZAVNSCHLIFFER (u), ALTIMARVS (x), MARBURGENSIS (v), CARPZOY P. I. d. 26. n. 3. BOHMERI I. E. P. I. I. 32, 40; sic secundum ORDINATIONEM CURIÆ PROV. MARB. tit. VI. §. 9. ille procurator reiiciendus est, quem maritus absque consensu vxoris in huius causis constituit.

(q) ORD. PROV. ISENAC. tit. II. §. 6.

(r) ORD. CUR. PROV. MARB. tit. 6. §. 3. ORD. IVD. ET PROV. NASS. CATTIM. de A. 1616 C. II. §. 2. modo legibus illa cautio de rato non sit reprobata, VII IN ORD. PROV. ISENAC. tit. II. §. 5, 6. et 12. iudicis igitur arbitrio tribuitur, procuratores ex praescripto legum repellere, et praesentiam partium praefice exigere, secundum causarum diuersitatem; alios e contrario eo adigere, ut illos constituant.

(s) L. 2. §. 5. de off. procons.

(t) diff. de iud. ex officio proced. P. II. exerc. ad Dig.

(u) de officio iud. suppletorio.

(x) de nullitate sententiae.



THAEI STEPHANI (y) aliquie. Liceat igitur venire ad id, quod brevibus prosequi constituimus, nimirum procuratores ex officio constituendos, qui adhuc, nisi me fallit, a nemine sigillatim explanati fuerunt. Non autem ea, quae de mandato (z) et procuratoribus in compendis

(y) *tr. de off. iud.*

(z) Procuratores mandato indigent. Hoc vel est publicum, vel priuatum, manifestum, tacitum, vel secretum. Usus huius distinctionis praeccipue deprehenditur in legatis, ministris, iisque, qui agentes dicuntur. vid. III. RIVINI *diff. de mandato procur. secreto*, Vitemb. 1752 AVG. HOFFMANN *Consil.* XV. L. III. p. 570. n. 9. PET. MÜLLER *d. deside vicaria* §. 3<sup>r</sup>. Inter ea dupondii cognitum atque perspectum est, iure Romano et canonico tam intuitu nominis, quam rei magnum discrimen inter aduocatos atque procuratores intercessisse. Profitentur illud integri tituli digestorum, codicis et decretalium de postulando et de procuratoribus; sed apud Germanos veteres vix procuratores atque aduocati discreparunt, et nominati fuerunt oratores, clamatores, causidici, prolocutores, procuratores, assertores, placitatores, ferendarii, Redner, Fürsprecher, Gerichts - angedingte - Vorsprach, Foersprecher, Anwald, Gewaltträger, Vormund cer. cer. IUS PROV. SAX. L. I. art. 60. L. II. art. 63. SVEV. c. 74. c. 80. C. C. C. art. 88. BOEHMER I. E. P. T. IV. L. V. tit. 1. §. 48. p. 566. HEINECC. elem. iur. Germ. Lib. III. tit. II. 2. §. 91. seqq. et §. 95. n. 5. §. 101. sed quanquam multis in iudicis hodie doctores atque licentiati nec non aduocati, munus procuratorum subeunt, atque administrare possunt, adeo, ut duplices illas vices simul creberime sustineant, eamque ob causam aduocati nonnunquam procuratorum nomine veniant, BERLICH P. I. *Concl.* 9. n. 19. ideoque hodierni procuratores iudiciorum in locum veterum aduocatorum successisse videantur, cum postulent, caussis

pendiis occurunt, hoc loco repetam, nec circa mandati definitionem variasque illius diuisiones haerebo, sed ad rem ipsam progrediar.

§. II.

Vocabula *procurare*, *procuratio*, *procuratia*, *procurator* multos habent significatus, et quidem non solum secundum ius Romanum (a), sed et iuxta ius Saxonicum, nec non apud scriptores, ut et in consuetudinibus antiquorum temporum. Proprie apud Romanos procurator dictus fuit, qui aliena negotia judicialia a domino demandata gratis (b) administrandi atque expediendi suscepit,

B

cepit,

caussis agendis ad sint, negotiaque in foro tam viua voce, quam scriptis tueantur, prout de Silesia hoc testatur SCHIFFORDEGHER obf. pract. de iur. atque proces. in Silesia L. II. c. 3. §. 17. quinimo Hamburgi procuratores, qui simul aduocati sunt, appellantur *Aduocaten vor der Stange*. SLÜTER von dem Verlohnungsrecht c. 8. §. 35. attamen differentia illa penitus non est abrogata, nec obsoleta. Obtinet enim adhuc in celissimo camerae imperii iudicio, confer. R. I. de a. 1498 §. 29. ORD. CAM. de a. 1500 tit. 8. de a. 1521 §. 14. de a. 1555 P. I. tit. 19. §. 2. GAIL Lib. I. obf. 43. n. 8. Cognita est in supremis curiis prouincialibus, loquuntur etiam de eadem re aliae iudiciorum constitutiones.

(a) Hoc testatur CICERO pro Caecinna. t. t. D. et C. de procurat. L. 34. §. 6. L. 12. §. vlt L. 58. de solut. L. 17. pr. de in rem vers. L. 51. §. 1. de aedilit. edicto. L. 8. §. 6. de lib. leg.

(b) L. 1. pr. L. 33. pr. §. 1. D. de procurat. Apud Germanos procuratores officio suo non vti apud Romanos gratis functi sunt, nisi certae circumstantiae illud exegerunt. I. P. SVEV. c. 74. Testatur etiam illud IO. EMERICH in collect. vet. iur. et consuetud. Francoberg. apud v. c. SCHMINCK. sequen-



cepit. In iure canonico quidem idem significatus inuenitur, sed sunt et alii (c), qui vocabulo *procurator* tribuantur. Procurator enim idem quoque est, ac 1) *viciarius*, locum tenens, qui alterius vice rebus praeest (d),

qui

sequentibus verbis: *Hait eyn mann nicht selbst sprache oder verstantniß syn Wort vor Gerichte zu thunde, der sal einen Vorsprechern haben.* Davon seyt das Keyserrecht am 13. Cap. im 1. Buch also - - dieselbe suln dem Gerichte fixeren unde loben recht zu thunde - - das Keiserrecht setzt oich ussinperl. wo eyn mann ist, der sich nit verstehet selbst syn Wort na synem Nuz tzu vertzelen, unde oich eyn vorspreche em dess mit umb sinen lon tbun will, dem mag der Richter gebyten, dass be ym syn Wort redden muss; Adder en muss nummerme kein Wort an dem Gericht ymangs gebalten: -- Den Richter sal ein itzlicher den vorsprechin han will, bidden, dass be ym den Man erloibe unde gunne syn Worth zu reden, das sal der Richter tbun. CODIX ANTIQVISSIMVS IVRIS HAMBVRG. c. IX. apud perill. de WESTPHAL. T. IV. p. 3013. ita constituit: *Ein jewelck Man mot mol sines fulves Wort sprecken ans Vare, allvente be Antwort gift to lyker Wyse oftte be Vorspraken hadde.* Ein Vorsprake schall hebben VIII schill. dat be einen Manne an syn Liff sprickt, unde veer Schillinghe an de fund, unde einen schilingk dat uppe dree Pund geit, unde 6 Penninghe van Bote, van 12 schill. unde anderen cleinen Saken, ock schall ein Vorsprake bebben, de de claget uppe Erve, unde uppe schuld van 10 Marken silvers 10 schill. unde nicht dar enboven.

(c) lib. III. tit. 39. x. de cens. exact. et procurat. spitz de procur. can.

(d) Not. dign. imper. S. 34. sic Balduinus Flandriae comes in charta de a. 1066 apud BVZELINVM L. II. Gallo-Fl. c. 13. fese Philippi Francorum regis, eiusque regni procuratorem et Baiulum nominat. Nec minus Rhaetia, Noricum, Thracia, aliaeque prouinciae per procuratores olim administratae fuere. TACIT. hist. lib. I. c. 70, et alibi passim.

qui conuiuio aliquem excipit, illudque praebet, siue  
apparat. Moribus Germanorum non minus diceban-  
tur procuratores 2) qui in iudiciis formandis, haben-  
disque intercesserunt (e), ex quibus siue ex scabinis

B 2

quae

passim. p. CALLES annal. Austr. P. I. Procuratores etiam Burgundiae in chartis et monumentis occurunt. Procu-  
rator igitur prouinciae idem est, ac praeses. Praete ea  
cogniti sunt *procuratores rerum fiscalium, reipublicae, vti*  
*telfatur charta Caroli III. in bift. Pergam.* T. III. p. 399,  
*procuratores syluae in Austria. vid. litt. Leopoldi Austr. Rei-*  
*oberpfersbergf. datae A. clccxli. apud p. CALLES annal. Au-*  
*ustriae. P. I. L. IX. Fol. 509. n. (c) vbi verba sunt: decer-*  
*nimus non solum ad praedicta beneficia excolenda, verum et*  
*ad alios, qualescumque utilitates fratram Ricberpfers. duobus*  
*plaustris, aut vehiculis eorum, a modo semper imposterum pa-*  
*tere syluam, quae vulgo dicitur: VORST, sitam inter duos flu-*  
*rios Campam et Chremefam, ita videlicet, ut nullus eiusdem*  
*syluae PROCVRATORVM ab eis exigat ullum precium, seu qua-*  
*liscunque angariae grauamen illis faciat. Procuratores villaे,*  
*qui rei dominicali in villa praefuerunt, illamque curarunt*  
*(alias villicus maior) Procurator metallorum, praegustato-*  
*rum, Gruter inscr. fol. 581. Procuratores etiam sub no-*  
*mine missorum, nunciorum in confuetudinibus Germano-*  
*rum obueniunt, vnde ii, qui regium fiscum in Suevia cu-*  
*rarunt, camerae nuntii dicti fuerunt. ECKEHARDVS de cas. mo-*  
*naſt. S. Galli. GOLDAST in not. p. 108. IVS PROV. SAXON. L.*  
*ll. art. 7. l. F. ALEMANNIC. c. 116. DV FRESNE in Glass. ad*  
*script. med. et inf. lat. voce procurator.*

(e) Procuratores illi siue scabini, siue aliae fuerunt perso-  
nae iudiciales, v. gr. minister, nuntius iudicialis, ex quibus iudi-  
ces quaesiverunt. IVS PROV. SAX. l. 1. art. LIX, SVEV. c. LXXXVI.  
WEICHBILD SAX. art. 16. AVCTOR VETVS DE BENEFICIS Cap. II. DE  
LVDEWIGD. ss. de Sueu. tribunal. S. R. I. Austr. §. 14. A. EMERICH Samm-  
lung der alten Rechte und Gewohnheiten der Stadt Franckenberg P.

ll. in



quaesuerunt iudices, an iudicium habendum, et quae  
in eo caussae tractandae, quid iubendum, vetandumue  
fit. Hasce iudicis quaestiones procurator cum scabinis  
communicauit, eorumque sententias desuper exquisuit,  
secundum quas iudicii respondit. Hic deinde secundum  
illam responcionem conuenienter egit. Etsi autem et  
hic mos plenissime vix hodie obtinet; attamen extant  
iudicia, quae verutatis formulam retinuerunt (f). Sed  
ab his distincti fuerunt illi, qui 3) alios in iudiciis de-  
fende-

ll. in v.c. SCHMINCKII amoenis monum. Hassiac. P. II. p. 711. ill. f. e.  
PVFFENDORFF tr. de iurisd. Germ. P. I. c. 2. §. 44. et 47. B. ECKHARDT  
de interrogat. Germ. More igitur vniuersali in Germania  
ab antiquissimis temporibus obseruatum fuit, quod antea-  
quam ager aliquis iudicialis suscipetur, iudicium sole-  
mniter formaretur et constitueretur, quod dicebatur, das  
Gericht begin. Apud EMERICH sequentia verba haec illu-  
strant: das Landrecht setzt im 53 Capitel; dass der Richter soll  
syn Gerichte beigen, gebeten unde verbitten mit Gerichtsknechte  
unde soll en erst fragen: ob be das Gerichte unde diejenen da  
angeboren verbot habt, als recht ist. Es ist aber by Gewohnheit  
mit eyne Scheffen zu beigen, unde den fraget be erst also:  
ob es Tagezyt sy, dass be syns Herren Gerichte beygen und  
balten moege, sprechet he: ja, so sal be das Gerichte beygen.

(f) Obtinent illae verutatis formulae adhuc in iudiciis  
Meierdingicis, Haegerdingicis, et ceteris colonariis, pas-  
sim quoque in aliis iudiciis publicis. vid. III. GE. DAN. STRU-  
BEN de bonis Meierdingic. §. 28. III. GRUPEN obs. P. I. obs. II.  
p. 844. ES. PVFFENDORF introd. in proc. ciuil. p. 786. de GOE-  
BEL de sing. quib. praed. rustic. p. 148. GERCKEN ad SCHOT-  
TELIVM p. 180. seqq. ill. REINHARDT de iure forestali Germ. S. III.  
§. VII. KRESS in Comment. ad C.C.C. HERTEL diss. vom bocknroth  
peinl. Halsgericht. FAVST von Aschaffenburg Limburgische  
chronic §. 132. seqq. PH. DAN. SCHAZMANN de iure et iud.  
commun. quae veniunt sub nomine Marcarum in Wetterania.

fenderunt. Hi a rege, siue ab ipso iudice petentibus, siue ex proprio motu dati fuerunt. *Procurare* etiam idem est, ac hospitio atque conuiuio coniungere atque excipere, ceu apud multos auctores, atque in multis monumentis legitur (g). Vnde *Procuratio* conuiuium siue hospitium, fodrum, albergariam, corredum (h), praestationem quandam significat, atque diuiditur in ciuilem, feudalem (i) atque ecclesiasticam (k), sed de his alibi.

## B 3

## §. III.

(g) conf. ECKEHARDVS de cas. mon. S. Galli c. 11. vbi verba sic se habent: *iniungitur Ruodmanno -- legatos regios in locis nominatis euntes procurare, et redeuntes.* ROGER. MOVEDEN. p. 466. n. 10. seqq. p. 673. bish. episc. Antissiod. c. 58. vbi verba sunt: *invis erat regalis, ut quando dominum regem, vel aliquem de suis itineris occasio, siue motus propriae voluntatis, ad aliquod episcopale domicilium diuertere faciebat, reciepiebatur honorifice et procurabatur honeste.* ARNOLD. LVEC. L. VI. c. II. ADAMVS BREMENS. c. 155.

(h) SALVING P. II. p. 124. vnde *feudum procurationis.* DA FRESNE c. I. sub voce *procuratio.*

(i) Procurations feudales vasallis incubuerunt, cum dominos hospitio et conuiuis excipere obstricti fuerunt, quando hi in illorum praedia diuenterunt. Interdum illae in summam pecuniae commutatae fuerunt. Conf. B. BOEHMER d. de *subsedit pecun. a statibus Ital. I. R. G. praef. S.*

I. §. 13.

(k) B. BOEHMER I. E. P. ill. 3. 39. 88. procurations ecclesiasticae ita nominatae, quia personis ecclesiasticis a personis ecclesiasticis praestitae fuerunt. Nam exhibitae fure summis pontificibus, legatis apostolicis, cardinalibus Romae venientibus. vid. PRYNNEVS in *libert. Engl.* T. II. p. 559. nec non episcopis atque archidiaconis a ficerdotibus, cum ecclesiis sibi subiectas visitarunt. Praestandae igitur procu-

Antiquis temporibus maiores aduersus aliquem contendentes ipsi praesentes fuerunt (*a*) atque viua voce causas suas egerunt, excepérunt, seque defenderunt simplicissimo modo, eamque ob causam procuratores et patroni minime necessarii, nec nisi ex speciali principiis vel iudicis indultu atque venia impetrata in iudiciis admissi, siue ex scabinis siue illis, qui iurisdictioni obnoxii erant, postulati (*b*), vel aliunde adducti fuerunt

(*c*):

procurationes apud catholicos a clericis, sed apud euangelicos vel ex aerario visitatoribus, vel ex collatione parochianorum soluuntur. BOEHMER cit. l. §. 104. 105. His illustrationis causa addere liceat, quae in REFORM. ECCLES. HASSIAE a glorioſiſſimo PHILIPPO M. A. c. 1515xxvi. promulgata cap. XXII. extant et sic se habent; *quaelibet ecclesia soluet expensas visitatorum ac ministrorum eorundem, nec ciborum delicias exigant, sed iuxta Christi verbum mandent, quae eis apponuntur . . . Et quia impensis hospitiorum pro muneribus haberi possunt, in episcoporum dominibus visitatores nullatenus hospitentur, nisi ipsis episcopis pro impensis satisfiat.* v. C. SCHMINCK monum. Hass. P. II. p. 636.

(*a*) Nec discriminem fuit inter personas illustres aliasque, cum illae accusatae aequae praesentes esse debuerunt. Exempla suppeditat ARNOLD. LVBECK. L. II. Cbron. Slau. c. 16. et 24. OTTO ERISINGENS. L. II. c. 2. CHRONIC. MONTIS SEREN. ad A. 1224 Absentes per alios raro vel nunquam egerunt, quamvis per nuncios excusari atque interuenientibus fideiſſoribus differri potuerit terminus iudicio praefinitus IUS PROV. SAX. L. II. art. 7<sup>o</sup> SCHILTER exerc. X. §. 40.

(*b*) IUS PROV. SVEV. Cap. 74. c. 86. cap. 90. §. 2. et §. 5. cap. 142. SAX. L. I. art. 60. IEX. LONGOB. L. II. tit. 47. c. 9. tit. 52. c. 1. Carolus M. in *Capitular. de A. DCCCl. c. 9.* infirmis, iuriumque ignarisi procuratoribus vti concessit.

Aca-

(c): aliquando etiam eos iudex illis dedit, qui indefensi visi sunt

Academiam Parisiensem ab INNOCENTIO III P. R. A. 1208 veniam per procuratorem litigandi petuisse constat ex c. Vll. X. de procurat. ALTESERRA ad h. c. BIGNON, ad form. Marc. L. I. c. 21. apud BALVIZIVM T. II. p. 503. LVNIG spic. eccl. P. II. p. 63. 650. 671. Add. diploma in V. C. S. W. OETTERI Geschichte der durchblautigsten Herren Burggrafen zu Nürnberg T. II. L. 3. c. 2. §. 2. p. 448. LEHMANN chronic. Spirens. L. II. c. 26. 10. EMERICHI Sammlung der alten Rechte und Gewohnheiten der Stadt Franckenberg P. II. Tit. von Vorsprechern in v. c. SCHMINCKII mon. Hass. P. II. vbi verba sic se habent: den Richter sal ein itzlicher, der vorsprechein han will, bidden, dass he jm dem Man erloibe unde gunne syn Wörth zu reden, das sal der Richter thun. Idem testatur Caroli Imp. Malefiz-Recht, tit. die Verbannung der Rechten cet. verbis; wenn was wichtiges vor den Rechten vorzubringen ist, so soll ein jeder Klaeger und Beklagter einen Vorsprecher aus den Rechten begehrn, iſt dann Sach, das ihn bedünkt gebrülich zu seyn, dass ein Richter urtheilen und auch Vorsprecher seyn soll und er weiß sonst einen chrl. wohlbereedten Mann in den Anstand, und außer den Rechten, so mag er ihn wohl sein Wort zu thun gebrauchen, es muss ihn vergünnet werden.

Der Profos. Hr. Schultbeis ich begehr einen Vorsprecher N. N. in der Banck der meine Klage zu recht vorbringt, ich bitte mir denselben zu vergünnen. Der Schultbeis antwortet, ja, es sey euch vergünnet; Hr. Schultbeis ich bitte und beger weiter N. N. zu einem Beystand in meinem Rath, damit ich meine Anklage mag recht anbringen. Der Schultbeis antwortet, ja, er sey euch vergünnet, begeht der Profos 2 oder 3 Mann in seinen Rath, die müssen ihm vergünnt werden, oder weiter nicht.

Wenn nun diese beyständte einer nach dem andern mit Erlaubung des Schultbeisen ist aufgestanden, und aus dem Recht zu den Profossegangen, so muss der Beklagte auch ein Vorsprecher und Beystandt von dem Schultbeis bitten und begeren, welcher



welcher dann dem Gefangenen oder Beklagten geliebet und haben will. Wenn solches geschehen, so gebet der Profoß mit seinem Vorsprecher und Beystandt allein an einen Ort, und berathschlagen sich, alsdenn tritt er vor recht und bringet seine Klage für; desgleichen läßt der Profoß den Gefangenen durch den Regimentsdiener oder Steckenknecht in verschloßnen Banden, mit seinen Vorsprecher und Beystandt auch an einen sondern Ort allein geben, und sich berathschlagen, alsdenn vor recht Gegenantwort auf die Klage vorbringen.

Wie sich ein Vorsprecher ins Recht eindingen soll, es sey welche Parthey es wolle.

Hr. Schultbeis wollet ihr mir vergünnen, diesen gegenwärtigen guten Gesellen sin Wort zu reden, ihn selbst oder mich von seinet wegen boeren? der Schultbeis antwortct, ja, es sey euch vergünnet zu reden was euch Notb ist. So will ich euch albier vor dem Recht, und in den Rechten eingedingt haben, alle dasjenige, was dis's keyserl. Recht vermag, ob ich weniger oder mehr reden würde, als ich von gegenwärtigen Mann und seinem Rath berichtet bin, auch das seine oder mein Wort nichts gelten sollen, will ich mir zuvor behalten haben, das ihr möget Wandel von mir nemben zu verstehen vom ersten zum andern, vom andern zum dritten, bis auf sein selbst eigene Antwort, das sein Mund ja darzu spricht; Wo ich aber seinen Handel oder Sachen in Verbindernis brechte, und mit Wörtern schwig, es were im ersten, andern oder dritten Rechts-Tage, oder wer aller Ding zu wenig, so sol er Macht haben, einen andern zu nennen, so wil ich mit Willen abtreten, doch mir meiner Ehre ohne Schaden und Nachteil, und das ich wieder an meinen Platz treten mag, wo ich zuvor gewesen bin. Hiermit beger ich Rath, Sprach und Umfrage von einem Richter zu dem andern, wie dann brechlich ist, damit die goettl. Warbeit an Tage kommen mag, und unsern Rechten Genüge geschieht. vid. ADAM IVNGHANS von der Oltznitz Kriegsordnung Cöln 1589. 4. N. 10 et N. 11 Procuratores autem in contentibus publicis atque iudiciis tam feudalibus quam aliis apud

sunt (d). Interim nemo coactus fuit aduocati aut procuratoris opera vti, quando sub periculo pro se postulare mallet. Hodie autem in iuris quandoque procur-

C i u i l e s t o r i e s t o r e s

apud Germanos impetrata iudicis venia et quidem eiusdem conditionis cum litigante exhibiti fuere. IUS FEVDAL. ALEM. C. 142. §. 45, AVCTOR VETVS DE BENEFICIS C. II. §. 36. seqq. ILL. STRVBEN tr. de bonis Meierd. p. 272. seqq. Perill. DE PISTORIVS in amoen. iur. et bift. P. VII. p. 2264. 2266. SCHANNAT client. Fuld. cod. prob. n. 157. 621. Sic Sigmunde imperante, cum Henricus dux Bauariae Ludouico eiusdem Bauariae duci inter necinum vulnus inflixisset in concilio Constantiensi a parte accusatoris Burggrauius Norimbergensis Fridericus, a parte rei Guntherus, comes Schwartzburgicus procuratorum nomine interuenere. WINDECK bift. MSCt. ap. MENCKEN S. R. G. T. I. p. 1121. sed secundum C. C. C. art. XIV, principes, clerici, nec non vniuersitates accusatorum vice fungentes iubentur, vt procuratorem eiusdem cum accusato dignitatis adducant, seu mittant. Idem in ORD. CRIM. HASSIAC. de A. 1535 art. IX. sanctum est; ciues conciuem et virum incorruptae fidei in subsidium adhibuerunt, vid. Ius statut. Kedingense tit. IV. ap. ill. PVFFENDORFF. T. I. O. I. V. in app. p. 145. 146. STATUTA KAHLENSIA de A. 1575 idem constituant: *dafs kein Bürger binföhro, so etwas vor uns dem Rath anzutragen bedacht, solches durch einen Procurator thun, sondern ein jeder seine Notbdurff so wohl er weiss und versteht, selbst vortragen, oder aber do er aus Bloedigkeit entweder oder sonstigen durch Unberedsamkeit seine Sachen zu bringen nicht getraute, solte ihm freystehen einen andern Bürger oder Ratbs-Person seine Noth fürzutragen, zu vermoegen cet.* ORD. PROCVR, ESSEN-SIS CIVIT: in Westphal. de A. 1680 §. 1. Meierdingici olim meierdingis procuratoribus vbi sunt, hodierno die iurium peritis vtuntur, teste ill. STRVBEN de bon. Meierd. §. 31. p. 274.

(d) IUS PROV. SAX. L. I. Art. 60. 61. SVEV. C. 74. §. 2. MEV. I. Dec. 94. n. 4. Dec. 155. n. 9.



tores constituuntur eorumque multitudo in iudiciis deprehenditur. (e)

#### §. IV.

Nemo pro alio absque singulari regis venia olim in iudiciis admissus fuit (§. III.). Ex illo principis indultu procuratores habendi licentia et facultas eos denegandi atque prohibendi est orta, eamque ob causam actiones et causas determinare potest, in quibus litigantium praesentiam requirat. Exigere autem illam potest in iis praesertim negotiis, in quibus absentibus principalibus iudiciorum effectus retardari, seu eludi potest (a). Ex eodem principio fluit, quod a principiis siue superioris voluntate dependeat, num procuratores

et

(e) IUS PROV. SAX. Lib. I. art. 60. SVEV. cap. 86. §. 2. ORD. PROC. SOLM. P. I. Tit. XI. §. und im Fall cet. CODEX ANTIQVISSIMVS IVR. HAMBVRG. cap. IX. apud PERILL. DE WESTPHAL monum. ined. T. IV. p. 3013. ORD. IVD. ET PROC. RE-NOV. MEMMING. de A. 1751 tit. V. §. 1. ORD. IVD. ET PROC. LINDAV. tit. IV. §. 1. Traditur igitur regula a doctoribus: nemo eo adigi debet, vt in causis grauibus procuratorem denominet, si ipse causam in iudicio agere velit atque posfit c. II. x. de procur. ibique BARBOSA n. 3. L. 25. 26. C. de procurat. MYNSING. II. O. 88. et IV. O. 58. Sed regula ista multas exceptiones admittit, adeo, vt in Germania contrarium experientia saepius doceat. Sic in camera causae non aliter agitantur, quam per procuratores. GAIL. L. I. Obs. CXI. n. 2. STRYCK V. M. Lib. III. tit. 3. §. 3. BOEHMER diss. de potestate procuratoris in crim. c. I. §. 1. Meierdingis non nisi per procuratores in iudicio suum ius prosequi atque tueri licet. ill. Struben l. c.

(a) Quod si vero quis in iudicium vocatus fuit, vt ipse compareat, procurator non admittitur. LYNNCKER d. de forma proc. c. III. §. 6. 7.

et quosnam admittere, eosue modo ab omnibus (*b*), modo a certis causis atque iudiciis arcere (*c*), num solummodo publica auctoritate constitutos, an etiam priuatos in iudiciis admittere velit. Nec minus exinde deriuandum est, cur hodie procuratores habiles interueniente iureiurando publica auctoritate plerumque constituuntur (*d*) atque vt iis partes vtantur, iniunguntur (*e*).

## C 2

## §. V.

(*b*) De iure Sueonum et Gothorum *yetusto* testatur illud STIERNHOECK L. I. c. 6. p. 72, Idem de Daniae regno Iacobus rex Angliae et Scotiae, in eximia ad proceres Angliae d. XX. Iun. c. 1586. habita oratione profiteretur.

(*c*) ORDINAT. CANCELLAR. *Holst.* duc. d. 9. Aug. A. 1588. art. XXX. aduocatos a iudicis excludit, nec minus IUS STATUT. *civit.* *Hafniae et Helsing.* c. v. apud perill. de WESTPHAL c. I. Tom. IV. p. 2020. idem constituit ORD. PROC. SAXO ISENAC. tit. I. §. 1.

(*d*) vid. ORD. IVD. CAMERAL. IMP. P. I. tit. XVIII. et XIX. ORD. IVD. AVL. IMP. tit. III. et tit. VII. ORD. CVRIAE PROV. SAXON LIPS. de A. 1598. tit: *wie viel procuratores cet.* ORD. CVR. PROV. WITTENBERG. de A. 1601. tit. *von den procurat.* ORD. CVR. PROV. IENENSIS Cap. XI. ORD. CVR. PROV. MARBURG. tit. VI. ORD. CRIMINAL HASSIAC. de A. 1575 §. 5. ORD. IVD. NASSOV-CATTIM. c. 2. §. 9. ORD. PROV. BOHEM. *Ferdinandi II. Lit. D.* ORD. REFORM. IVD. CIVIT. Argentor. de A. 1617 tit. *von Procuratoren cet.* ORD. IVD. MEMMING. cit. tit. VI. §. 1. ORD. PROC. LINDAV. tit. IV. §. 1. ORD. IVD. VL-MENS. tit. V. HAMBVRG. A. 1603 P. I. Tit. VII. et multae aliae leges atque statuta.

(*e*) MEV. P. VI. dec. 381. Falsus procurator a iudice a quacunque iudicij parte repelli atque arbitrarie puniri potest.

## §. V.

Procuratores in iudicis plerumque publica auctoritate constituuntur, vnde publici nuncupantur (§. IV.). Exinde procuratorum munus euasit honorificum et publicum (*a*), ad quod subeundum cogi possunt, id eoque doctrina iuris Romani destruitur; quod videlicet nemo ad subeundum procuratoris munus adstringi queat (*b*). Publici igitur procuratores, ut et aduocati ad officium suum impertiendum adigi queunt (*c*), adeo, ut si absque legitimâ causa munere suo fungi recusent, sub officii eiusue exercitii exclusione mandatis poenaliibus ad illud administrandum cogi queant (*d*).

## §. VI,

test. VISITAT. REC. de A. 1560 §. 2. ORD. PROV. SAXO-ELECTORAL. tit. 7. CARPOV proc. tit. V. art. 7. n. 22. HERTIVS Tom. II. resp. 225. n. 1. 2. resp. 334. n. 1.

(*a*) HVBER prael. ad D. tit. de proc. publ. GAIL I. obs. 43. n. 8. CHR. GOTTER. HOFFMANN d. de origin. et condit. procur. e iur. Rom. et can. nec non eorum progressu in forum Germ. Hal. 1716. cap. IV. §. 7.

(*b*) L. 17. cod. de procurat.

(*c*) Antiquioribus temporibus illi, qui iurisdictioni iudicis, apud quem lis agebatur, fuerunt subiecti, procuratoris munus, suscipere obstricti fuere. IVS PROV. SAX L. I. art. 60. SVEV. c. 86. IVS CVLM. L. V. c. 61.

(*d*) ORD. IVD. CAM. IMP. P. I. tit. 19. §. auf dass niemand §. ORD. PROV. BOH. FERD. II. §. Wir wollen, dass alle die so sich zuvor bey denen Gerichten mit procurir- oder advocieren gebrauchen lassen, einem jeden, so es von ihnen begebrt, in ibreß Mutter Sprache nach dieser Ordnung zu advociren, und zu procuriren verbunden seyn soll, mit dieser ausdrückl. Bedrohung, dass auf welchen Fall es erwiesen würde, dass er sich

## §. VI.

Procuratores inuiti atque inuitis quandoque ex officio a iudice constitui queunt (§. III. et VI.). Et hoc procedit in omnibus causis, quae procuratores non reprobant, nec si alio legitimo modo res expediri potest; Consideratur autem illa constitutio inuitorum procuratorum ex officio tanquam denominatio et impositio munieris procuratorii; quod autem mandatum attinet, illud a partibus est subministrandum; constitui autem possunt et solent eiusmodi procuratores a iudice partem miserabilibus personis, praecipue propter egestatem contendentium, partem, vbi litigans indefensus est, nec iura sua defendere potest, et procuratores ei officium suum denegant, et quae sunt aliae causae. Inuiti dari queunt, modo propter multitudinem litis consortium ad euitandas ambages, et praescindendos litium sumtus, propter absentiam a iudicij loco, propter perpetua principalis personae impedimenta, quibus impeditur, ne iudicio adsit, et reliqua.

## §. VII.

Procuratores ex officio a iudice miserabilibus personis, praecipue vero propter egestatem contendentium constitui queunt (§. VI.). Hoc non solum leges imperii (a), verum etiam prouinciales (b) et iura statutaria

*sich dessen vermiedete, derselbe die Zeit seines Lebens weder in unsfern Erb-Koenigreich Boemien, noch andern unsfern Koenigreichen und Landen zum procuriren oder advociren gelassen werden soll.*

(a) ORD. CAM. IMP. P. I. tit. V. §. 5. et tit. XLI. §. 1.

BLVM in proc. CAM. tit. 64. §. 31. RODING in digest. cam. Lib. IV. Tit. V. §. 6. et 7. GAIL I. O. 43. n. 10. II.

(b) IUS PROV. SVEV. C. 74, §. 4. ORD. CVR. PROV. MARBURG.



taria (c) iudicibus iniungunt, ut pauperum caussas gratis audiant, nec minus, quando illi patronos (d) et procuratores non inueniant, eos ex officio dent, qui illorum caussis gratis operam exhibeant, ita tamen, ut si pauperes victoriam reportauerint, impensas et sumptus, nec non honorarium illis exhibere teneantur (e).

### §. VIII.

tit. VII. ob auch so unvermoegende Partbeyen vor Gericht kamen, die auf vorgebrachte glaubwürdige Kundschafft und vorgebende gebüvlt. Betheuerung ihres Armutbs halber die Sachen und Rechtfertigung mit Unkosten zu führen, nicht vermoechten - so soll von Richtern und Beyfizern gebüvlt. Einsehen gescheben, damit dieselbige mit Advocaten und Procuratoren verseben, desgleichen ihnen die Gerichts- Acken mitgetheilet, und also derselben Sachen zur Notbdurst bis zur Eroerterung der Rechtfertigung, gehandelt werden, doch mit der Verpflichtung, ob vor sie erkant, und die Sache gewonnen würde, dass sie alsdann denselbigen Personen durch Gelegenheit und des Hof-Richters und Beyfizer Erkenntnis zieml. Belohnung geben wollen. ORD. PROV. SAX. GOTH. P. IV. c. 14. §. 15. ORD. CVR. PROV. IENENS. Cap. V. § unter diesen, cet. ORD. CVR. PROV. WÜRTENE. P. I. tit. 2. §. 9. et tit. 7. §. 9. et 17. ORD. CVR. PROV. BIPONT. tit. VII. ORD. ARCHIEPISC. VICAR. MOGVNT. ed. 1738 tit. VII. §. 2. CODEX FRIDERIC. P. I. tit. VI. P. III. t. 4. §. 28. CORPVS CONSTITVT. REGIO-HOLSAT. Tit. I. p. 94. 95. ORD. IVD. ET PROC. SCHWARZB. tit. I. §. 4. 5. ORD. PROC. ANHALT. tit. II. §. Wenn aber arme Partbeyen cet. IUS CIVILEMENS. Lib. II. tit. 5. c. 2.

(c) ORD. IVD. Vlmens. tit. V. §. 29. LINDAV. ORD. tit. IV. §. 22. ORD. IVD. HAMBVRG. P. I. Tit. 7. §. 7.

(d) WILLENBERG. d. de aduocat. paup. ALBINI d. de iure paup. in foro saxo.

(e) conf. Magnifici IO. GE. ESTORIS, procancellarii nostri eximiis meritis in vtramque rempublicam illustris Anfangs-



## §. VIII.

Iudex indefensis aduocatos et procuratores ex officio dare debet (§. VI.). Iudici enim prospiciendum est, ne quis se indefensum queri possit, quam ob caussam non solum parterrogante, sed etiam ex officio eos, quin immo inuitos, constituere debet, qui aliorum caussas agant (f) et defendant, et hoc non solum in ciuilibus, sed et criminalibus (g) omnibusque fere iudiciis locum habet.

In

fangs - Gründe des gemeinen und Reichs - Procesſes tit. CCC.  
§. 2343, 2350. seqq.

(f) vid. REVSNER Consil. XVII. Vol. III. n. 23. COLER de proc. execut. P. I. C. 2. n. 121. MEV. P. I. dec. 155. n. 9.

(g) RICHTER Consil. P. V. Conf. z. p. 3. B. BOEHMER d. de potestate procur. in criminal. Dicitur quidem, processum criminalēm contra praefentem institutum, qui ex carcere respondere debet, respuerē procuratores, sed CONSTITUTIO CAROLINA CRIMINAL art. XII. LX. LXXXVIII. et CCXIV. et aliae consuetudines Germaniae, defensorem, excusatorem innocentiae, demonstratorem, oratoremque nemini denegant, adeo, vt in inquisitorio processu iudex inquisito defensionem ex officio instruere debeat, si vel maxime ille nullam sibi postuler. CARPOV pr. crim. P. III. qu. 103. n. 53. qu. 105. n. 46. VULTEII Vol. I. consil. 16. n. 41. CONSIL. ICt. Hallens. T. I. L. 1. conf. 176. n. 4. HERTIVS T. II. dec. 962. de WERNHER T. I. O. 163. n. 4. p. 1080. COTHMANN III. Resp. 15. n. 35. B. KNORR in der Anleitung zum Procesſ L. III. c. X. §. 41. MEINDERS de iud. cent. p. 281. Adiungitur igitur hodie eiusmodi defensor reo non quidem ad respondendum interrogationibus a iudice de delicto prolatis, quippe reus ad eas ipse respondere debet, sed ad agendam rem publicam. In iudiciis Westphalicis quondam etiam procuratores admissos fuisse, testatur BOEHMER c. d. §. 28, et I. E. P. T. IV. L. V. t. 1. §.

49.



In processu igitur bannitorio deficiente accusatore, qui delictum commissum proprio motu vindicaturus est, ipse iudex criminalem accusatorem, vbi hic deficit, ex officio constituit, eique accusandi et aduersus reum fugituum agendi potestatem plenam sub solitis clausulis demandat, nec non hanc constitutionem actis inseri iubet (b).

### §. IX.

Propter absentiam a loco iudicij litigantibus iudex sub pena imponere potest (si citationis insinuatio non nisi per ambages aut magno sumtu fieri possit), vt procuratorem constituant, qui sigillatim citationes accipiat. Et si hoc a partibus non peragitur, iudicem eiusmodi procuratorem ex potestate, qua pollet, constituerre posse videtur, ea ex ratione, quoniam ad iudicis officium spectat, prouidere, ne quis damnum sentiat, vtque ambages praecidantur; praeterea ipse negligentiam partium supplere potest (a). Idem obtainere videtur

circa

49. Hanc ob rationem a bannito ad defendantum procurator recte constitui potest. I. P. sax. L. III. art. 16. GAIL de P. P. L. II. c. 12. n. 18. C. VII. X. de iud. In camera imperii in causis fractae pacis accusatus, excepta absolutione a banno imperii per procuratorem comparere potest. ORD. CAMERAL. P. I. t. 25.

(b) vid. KAYSER in *Acta-Process* §. 9. II. p. 31. 39. seqq. LUDOVICI *Introd. in proc. criminal.* c. III. §. 29. HEIL in *iud. et defens.* c. VII. §. 6. et §. 12. KNORR c. I. L. III. c. 9. §. 7. II. SCHAVMBVRG *proc. criminal.* p. 256. seqq.

(a) MEV. I. dec. 29. n. 9. II. dec. 343. n. 4. dec. 251. VII. dec. 271. n. 5. MYNSINGER cent. IV. obs. LVIII. B. SCHAVMBVRG *princ. prax. iud.* C. II. §. XX. ORD. PROC. RECOGN. SAXO-ELECTORAL. ad tit. IV. §. 3. et ad tit. XLI. §. 2

circa eos, qui perpetuo impediuntur, ne iudicio ad-  
sint.

## §. X.

Eandem ob rationem vbi plures litis consortes de-  
prehenduntur, tam ab altera parte recte potest peti, vt  
omnes procuratorem constituant (*b*), quam a iudice (*c*)  
non implorato constitutio illius sub multa vel comminna-  
tione iuberi: *dass er entstehenden falls einen procuratorem*  
*ex officio bestellen würde etc.* et si litis consortes illam ne-  
gligant, iudex siue eos a iudicio arcere, siue iis procura-  
torem ex officio dare potest. Nam iudicis est, lites de-  
minuere, et lites cito finire, ideoque prouidere, ne iu-  
dicium in partes distringatur et scindatur, ambages vel  
vexationes adhibeantur, quibus lis per plures disperfa-  
tardior, difficilior, atque intricior eueniat (*d*). Idem  
intuitu ciuitatum, vniuersitatum et collegiorum quoad  
eorum syndicos seu procuratores euinci posse, existima-  
uerim (*e*). Nam L. I. §. 2. D. *quod cuiusque vniuersi-*  
*constituit: et si admoniti non excitentur ad sui de-*  
*fensionem venire se iussorum proconsul ait.* Eadem  
ratio, quae ante tradita fuit, id sua dere videtur, ne

D

forsan

(*b*) HERTIVS T. II. dec. 675. n. 4.

(*c*) B. BOEHMER T. III. P. II. dec. 419. n. 2. P. III. dec.  
545. n. 6. MEV. P. II. dec. 342. P. IV. dec. 63. ERVNNEmann  
ad L. 42. de *procur.* BERLICH P. III. dec. 326. n. 13 ill. MAN-  
ZEL select. iurid. Rostoch. facisc. v. qu. 9. p. 60. Et hoc in  
camera imperii saepe obseruari solet.

(*d*) R. I. de A. 1654 §. 34. BOEHMER d. cit. de *iud. ex*  
*offic. proced.* c. 3. §. 2. MEV. P. IV. dec. 63.

(*e*) CARPZOV in *proc. iur. in foro Sax.* tit. V. art. 4. n. 1.  
de LEYSER spec. LIV. m. 3.



forsan defensio vel actio vniuersitatis per plures scissa  
aduersario sit praeiudicio (f).

§. XI.

Et eiusmodi procurator a iudice ex officio dari  
potest ad omnes fere et singulas causas, sint feudales  
aut aliae. Quod causas clientelares attinet, in iis (g)  
mos vetustissimus fuit, ut procuratores ex ipsis vasallis  
et aliunde desumti adhiberentur atque partem ad pre-  
ces, partem ex officio quoque litigantibus concederen-  
tur, quemadmodum ex IVRE FEVDALI ALEMANNICO (h),  
nec non consuetudinibus, legibus (i) et regestis patet.

Iisque

(f) RAVCHBAR P. 1. qu. 1. n. 1. MATH. WESENBEC, in  
parut. D. quod cuiusque vniuers. nom. n. 4.

(g) Ad inuestiture actum et praestationem iurisuran-  
di clientelaris procuratores non facile admissi fuerunt,  
sed vasalli praesentes illud praestare debuerunt. vid. B.  
KOPP in Lebnproben P. I. p. 129. Sed hodie extra Saxoniam  
plerumque procuratores in his negotiis adhibentur.

(b) Cap. CXIX. vbi verba sic se habent: Kumt aber der  
Mann für den Herren, so sol er also sprechen: Herr ich bin  
berkommen recht zu tunde und Recht zu nemende als verre als  
von recbte sol schuldiget. In der Herre sunderlichen umb ein ye-  
gliche Sachen und tut das mit fürsprechen so sol der Mann auch  
fürsprechen und Gesprech geren und das sol man ime erteilen  
in Lebn-Rechte; und wer one Antwurtet demz verteilt man  
Fürsprechen in Lebne Rechte umb die Sach als man in dozu  
mole angeklaget bet cer. SCHUTTER ad h. c. Testimonia ex-  
hibet de procuratoribus in iudiciis feudalibus adhibitis  
IDEM c. l. fol. 295. seqq. ad cap. 125. §. 3. v. c. OETTER  
c. l. T. II. L. III. c. 2. §. 2. p. 448. seqq. B. KOPP de insign.  
different. S. R. I. comites et nobiles immed. p. 544. 547. LÜ-  
NING Thes. iuris. comit. P. III. c. X. n. 22.

(i) IUS FRANCICVM FEVDAL, vulgo Kaiserrecht L. III. c.

15.



27

Iisque non solum vasalli, verum etiam domini ipsi vni sunt. Hodie procuratores in curia feudali iisdem ac in aliis iudiciis a estimantur iuribus, atque ut in antecedentibus dictum est, ex officio constitui possunt. In Wurtenbergensi curia quondam principis mandatarii um esse consueuisse consiliarium intimum, aut alium virum illustriorem, hodie autem aduocatis illud munus delegari, testatur ERN. ANT. HENR. L. B. de SECKENDORF (k).

### §. XII.

Eiusmodi procurator ex officio constitutus curat ea omnia, quae alius procurator peragit, de calumnia

D 2 etiam

15. IVS FEVDAL. SAX. C. 19. IVS FEVDAL. ALEMANN. C. 30.  
RICHTSTEIG LEHNRECHT C. 8. 9. 10. HENRICI R. R. lex A.  
clxxx, promulgata sancit: *ad hoc (iudicium feudale) de iure feudali nullus potest esse aduocatus, nisi sit ipius ducis feudatarius aduocatum appellamus patronum causae, ille ex eius tenetur proponere verbum illius, qui ipsum exegit, cert. AVCTOR VETVS de benef. capite de ord. plac. II. §. 399.* Dif- fert autem eiusmodi procurator vasalli a prouasallo; pro- uasallus *ein Lebntraeger* constitutur ad seruitia, onera et negotia, quibus praestans vasallus impar est, expedien- da; procurator vero *Gewalttraeger*, *Gewaltherber* saltem ad recipiendam inuestituram aliumue actum eligitur, aut da- tur. Exinde colligi potest, prouasalli officium perpe- tuum, procuratoris momentaneum esse, vid. BEIER POSIT.

IVR. GERM. L. III c. 21. n. 29. Inter ea dominum plures vnius feudi possessores ad prouasallum constituendum adi- gere posse, experientia atque exempla docent. vid. LÜNING

*in corp. iur. feudal*

(k) in diss. lectu digna de vsu moderno iudicij parium curiae Würtenberg. §. 1. sub auspiciis ill. G. D. HOFFMANNI Tübinger clxxxliii, habita, atque defensa,



etiam quoad processum iurare debet (1), et quae sunt alia.

### §. XIII.

Sufficient haec pauca de procuratoribus ex officio constituendis. Plura adhuc de hac materia in medium proferre potuissimus, sed penuria temporis silentium nobis imponit. Quod reliquum est, mearum partium esse censeo generosissimos, nobilissimos atque suauissimos commilitones de auspicandis lectionibus certiores reddere. Evidem *publice* hora II -- III. b. KOPPII *historiam iuris* diebus Lunae, Martis, Iouis et Veneris interpretabor; *priuatim* hora VIII. commentabor in III. MOSERI *iustitiae publicum*; hor. IX - X *elementa iurispr. Germanicae* III. ENG AVII explicabo; Hor. III. -- IV. *Principia iuris criminalis* duce ENG AVIO tradam. Initium lectionum erit d. XIII. Maii clo. CCLIV.

(1) GAI. I. obs. 88. n. 9.



Marburg, Diss., 1753-55

ULB Halle

005 034 817

3



TA → OL

MW 1 + 10 Shill



B.I.G.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32
Farbkarte #13	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color Black

Bra. 22. num. 21.

1754. 5.

11

FFMANNI D.

IVRID. ASSESSOR.

4 M M A

RIBVS EX  
TITVENDIS

VE NOBILISSIMI  
C CIVES

ESTIVAS  
AM PRIVATAS

T V R.



TTORVM  
MIRI MÜLLERI

II.

